



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De effectu huius sacramenti. c. 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

De sacramento extreme vntionis

Et tale oleum vocatur Oleum infirmorum, non cathecumenorum. Unde diligenter aduertat sacerdos, ne vnum pro alio ministret: de Sacra vnt. c. Vntio. Et si errore hoc fecerit, debet caute suppleri per sacerdotem. de Sacramentis iterandis vel non. cap. 1. in fine.

Forma huius sacramenti, que sit. Cap. 3.

Forma huius sacramenti sunt verba, que profert sacerdos quando inungit infirmum. s. Per istam vntionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, per auditum etc. Et licet varie sint forme huius sacramenti, tamen melius est vti forma S. Roma. Ecclesie, que est mater et magistra aliarum ecclesiarum. **Ex concilio Florentino.** Forma sacramenti extreme vntionis hec est. Per istam vntionem et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi deus quicquid deliquisti per visum, **similiter in alijs membris**

Minister huius sacramenti quis sit. Cap. 4.

Minister huius sacramenti est solus Sacerdos, et non alius. Quod patet in predicta auctoritate sancti Jacobi. cap. 5. vbi ait. Inducat presbyteros etc. 2. dist. 5. Sed queritur, et cap. sequen. Nec est de necessitate, quod sint plures sacerdotes presentes. sed vnus solus cum clerico potest sacramentum conferre. De verbo. signifi. ca. que sunt. Si tamen sint plures sacerdotes melius est. Et ille qui inungit, debet dicere verba, et ceteri respondere, et assistere, et pro infirmo orare.

De effectibus huius sacramenti. Cap. 5.

Effectus huius sacramenti est multiplex. **Primus** est consolidatio spiritualis debilitatis per peccatum inducte. Dicit enim S. Tho. q. talis vntio dicitur que datur spirituali sanatio, quia datur contra quandam inhabilitatem, vel ineptitudines, que in nobis remanserunt ex peccato actuali, vel originali: vel venialium peccatorum remissio. **Secundus** effectus est sanitas corporalis, si diuina sapientia id noverit infirmo vtiliter expedire. **Tertius** est: quia per istud sacm remittuntur peccata venialia et mortalia, que ignorat: vt in eadem auctoritate beati Jacobi. Et si in peccatis fuerit dimittentur ei. Jacob. 5. c. **Quartus** est diminutio pene peccati mortali debite. **Quintus** est gratie augmentum, que in hoc sacro confertur et augetur.

tur, nisi obex ponatur: et ex sequenti gloria. ¶ Sextus est interior letitia: et robur contra demonis insidias, que potissime tunc insunt. ¶ Septimus arcuatio diabolicę potestatis, que non est ita potens sumpto sacramento. ¶ Octauus est protestatio decedentis, que permanserit in fide militantis ecclesię, ex qua vadit ad ecclesię triumphantes: tanquam miles, qui fideliter pugnavit.

¶ Quibus dari debeat hoc sacramentum. Cap. 6.

Hoc sacramentum dari debet solis infirmis adultis et penitentibus, qui sunt infirmi in periculo mortis: et illis, qui instanter petunt illud et petierunt, licet tunc nihil intelligant propter mortis anxietatem, vel phrenesim, vel aliud accidens: pueris autem, ac euntibus ad pugnam, aut alio modo in periculo casuali mortis positus, ac et ad mortem damnatis non datur.

¶ Quibus corporis partibus debeat dari hoc sacramentum. Cap. 7.

Quidam est autem hoc sacramentum in illis corporis partibus, et locis, per que morbus in animam intravit. Et quia quinque sensus sunt illi, per quos potissimum homo peccat: ideo in illis locis dandum est. ¶ **Ex concilio florentino predicto.** Hoc sacramentum infirmo, de cuius morte timetur, dari debet. Qui unctionis est in oculis pro visu: in auribus pro auditu: in naribus pro odoratu: in ore pro gustu, vel locutionem: in manibus pro tactu: in pedibus pro gressu: in renibus pro delectationem ipsidem vigentem. Hęc tibi mulieribus non unctionis renes propter honestatem. Et si quis non haberet oculos, vel nasum, vel alia membra, inungantur loca magis propinqua dictis sensibus, vel locis, qui inungi deberent. Inunguntur et renes: quia in eis incentiuum libidinis consistit. Ideo saluator noster Luc. 12. dicit: Sint lumbi vestri circumcincti, etc. Non debent autem scapule inungi, quia unctionis fuerunt in baptismo. Hęc manus presbyteri unctionis sunt interius, sed exterius: quia prius ab episcopo interius inunctę fuerunt in ordinatione sacerdotum. Et si talis infirmus laborat in extremis cito inungat, ne inunctus decedat. di. s. ca. bap.

¶ An hoc sacramentum possit reiterari. Cap. 8.

Potest autem reiterari hoc sacramentum toties, quoties infirmus morti appropinquare videt. Sed in eadem infirmitate, si fuerit longa, et tunc de periculo mortis, poterit reiterari sepe.